sed alii deterrentur a scelere; Decem igitur tribubus quae appellabantur
isrl captis ab assyriis mediamque translatis duae tribus iuda et beniamin
quae debuerant similia formidare et tota ad dnm mente conuerti uicerunt
decem tribuum scelera et in tantum idola sunt secutae ut in templo di statuam
bahal ponerent quae in hiezechiele uocatur idolum ad zelum et aemula
tionem dni conlocatum; loquitur autem sub figura duarum sororum quia
de una sunt abraham et isaac et iacob stirpe generatae et priorem
auersatricem sequentem praeuaricatricem uocat; illa enim dnm penitus
auersata est statim adorauit in dan et bethel uitulos aureos; ista autem
apud quam erat templum et uendi religio imitatione germanae pau
latim recessit a dno et idcirco praeuaricatrix dicitur; secundum
ΑΝΑΓΩΓΗΝ autem de hereticis prophetia est qui falsi nominis scientiam
dum se arbitrantur heretica subtilitate sectari ascendunt montem super
biae et carnis huius uoluptatibus delenitae sub omni ligno frondoso et a
moeno exponunt fornicationem suam; qui cum tradantur diabolo in in
teritum carnis frequenter euenit ut domus iuda id est confessionis et
uerae fidei nequaquam terreatur exemplo sed multo maiora committat
et facilitate fornicationis suae contaminet terram ecclesiae et moechetur
cum lapide et cum ligno eas sequens dogmata quae aduersaria do sunt;
Si autem ecclesiasticus uir corrigere uoluerit errantem et putridas
resecare carnes et ad paenitentiam retrahere eos qui secuti fuerunt falsita
tem ac nihilominus illi sub specie ecclesiasticae ueritatis antiquum sequan
tur errorem; Dici potest de eis in omnibus his non est reuersa ad me praeuari
catrix iuda in toto corde suo sed in mendacio; Fit autem haec prophetia

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0039